



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de**

**Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. CXXXVI. Mutinen, primogenitura. De eadem materia, An fideicommissum adjici possit in bonis propriis honorate & gravati; Et in specie, An ad fideicommissum vel primogenituram ordinatam occasione ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

solus filius, agnoscentes dictam obligationem sibi incumbere, illam jam impleverant, sed imperfectè, ac non in totum.

Tertius punctus circa fideicommissum in reliquis bonis ad favorem omnium filiorum verè nulla disputatione dignus erat; Licet enim illud non controvertetur, attamen restrictum erat ad filios, sub quorum nomine in parte dispositiva, & ad effectum extendi fideicommissum de uno genere personarum ad alterum, omninò verius est, ac hodie penè extrà controvertiam, ut non veniant nepotes, ac ulteriores descendentes, nisi graves urgeant conjecturæ, ut pluries in precedentibus ad istam materiam advertitur; & licet in contrarium plures ponderarentur conjecturæ, attamen erant nimium vagæ & generales absque dubio ad hunc effectum inefficaces.

Demùm verò quo ad quintum & ultimum punctum melioramentorum, quoad iam facta, & quorum occasione nil operariis vel cæmentorum venditoribus debendum supererat, nulla cadebat controversia, quoniam si testator gravare potest heredem in ejus bonis propriis, ut in *discussibus proximè precedentibus*, multò magis eidem prohibere potest detractiones melioramentorum, ac dispende, quod illa eo ipso censerentur fideicommissio acquisita, dum ita non solum urget dicta ratio potestatis testatoris gravandi heredem in ejus bonis propriis, sed etiam altera illius tacite donationis, quæ à lege subintelligitur in eo qui scilicet edificat in alieno, ut in sua materia *sub titulo de detractionibus*, & conferunt, quæ in materia melioramentorum non detrahendorum per feudatarium, vel emphyteutam, quando in lege investituræ ita cautum est, plene cæteris relatis habentur apud Fulgin. *de emphyt. tit. de melioramentis questione 2. num. 21. & sequent. & cit. de variis caducitibus quest. 1. num. 28. & sequent. Rot. dec. 60. & 69 par. 5. rec. & passim.*

Difficultas verò solum cadebat circa res alienum ex hujusmodi causa dissolvendum, & in quatenus vites hereditariæ suppetent in controversia inter ipsos heredem & fideicommissarium, ita ut non intaret inspectio subsidiariæ actionis de in rem verso, quæ ipsi creditoribus ad eadem melioramenta compereret, videbatur quod de stricto juris rigore contra meliorantem ejusque hereditatem respondendum veniret, dum eo ipso quod melioramenta inseparabilia facta erant, quæ sita dicebantur fideicommissio, atque declarata fuerat voluntas meliorantis illa ipsi fideicommissio donate, adstrictis obligatione personali erga operarios ac cæmentorum venditores; Verùm in contrarium quædam non scripta æquitas nimium urgere videbatur, non tamen hic articulus formiter examinatus fuit, dum per Arbitros pro ultimo ille reservatus fuerat, atque subsequuta concordia subtili disputandi occasionem.

**MUTINEN.**  
**PRIMOGENITVR Æ**  
PRO  
MARCHIONE FERDINANDO  
BOSCHETTO  
*Responsum pro veritate.*  
Decadem materia, An fideicommissum

sum adjici possit in bonis propriis honorati & gravati; Et in specie, An ad fideicommissum vel primogenituram ordinatam occasione primi matrimonii, ac in donatione illius contemplatione facta, vocati censeantur, vel ex intervallo per ipsum patrem ordinatorem vocari possint filii ac descendentes alterius matrimonii; Et incidenter, An primogenitura imputari debeat in legitimam primogeniti; Er àn secunda dispositio sit eadem cum prima, & in ejus executionem.

## SYMMARIUM.

- 1 **Facti series.**
- 2 De punctis, seu questis super quibus petum est consilium.
- 3 De questione, an primogenitura erecta in vita imputetur filio primogenito in legitimam referantur pluries contrariæ decisiones.
- 4 De ratione dictæ varietatis, & quomodo ista questio decidi debeat.
- 5 Qualis voluntas in hoc proposito attendi debeat.
- 6 Secunda dispositio censetur facta in executionem precedentis promissionis.
- 7 An prima dispositio alterari possit sante augmento facto per secundam dispositionem.
- 8 Verbum notabile quid importet.
- 9 De donatione contemplatione certi matrimonii participant alii filii diversi matrimonii, quod declaratur nu. 11.
- 10 An donatarius possit gratificari inter filios ex matrimonio procreatos.
- 11 Contrarium ejus, quod dicitur num. 9. & declaratur respondendo contrariis.
- 12 De materia, an primogenitura veniat in primogenito remissive.

## DISC. CXXXVI.

**I**n tabulis nuptialibus super matrimonio contracto inter Comitem Iacobum Boschetum, & Beatricem de Bentivolis, conventum est, ut idem Comes erigere deberet ad favorem primogeniti masculi ex eo matrimonio procreandi primogenituram perpetuam in feudo novo per ipsum questito, ac in palatio habitationis, aliisque specificatis bonis, ac etiam in reddito considerabili, idque sine præjudicio ejusdem primogeniti circa jus succedendi cum aliis fratribus, tam ex testamento, quam ab intestato; illinc autem ad quatuor annos, præfatus Comes, nulla facta mentione dictæ conventionis, ex solo motivo conservationis decoris, ac nobilitatis familiaris, in dictis feudo, palatio, & bonis in dicta conventionione specificatis, ac aliis pluribus, per publicum instrumentum primogenituram erexit, prius ad favorem Marchionis Ferdinandi primogeniti procreati ex dicto matrimonio, ejusque lineæ masculinæ, eaque defecta, cum eo-

dem ordine primogenituræ ad favorem prius univ-  
 versæ lineæ masculinæ ipsius Jacobi & deinde lineæ  
 femineæ, cum onere renovandi familiam; cum  
 autem dissoluto primo matrimonio, dictus Iaco-  
 bus ex secunda uxore duos alios filios masculos  
 procreasset, atque moriens in testamento, facta in-  
 stitutione particulari ad favorem dicti Marchio-  
 nis Ferdinandi in scuris 30. m. cum aliquibus vin-  
 culis & oneribus, hæredem instituit primogeni-  
 tum secundi matrimonii; Hinc proinde ex parte  
 dicti Ferdinandi, quatenus dicto paterno iudicio  
 acquiescere nollet, de tribus pro veritate consul-  
 tus fuit; Primò scilicet, An dicta erectio primogeni-  
 turæ per instrumentum esset diversa ab ea, quæ  
 promissa fuit in tabulis dotalibus, vel eadem, cujus  
 in spectionis effectus erat, quod si erat eadem,  
 tunc primogenito debebantur omnia bona illi  
 subjecta, si verò non, tunc non poterat ista tri-  
 eamque obtinere, nisi cum sua causa, & pro ut ja-  
 ceret, & quatenus acquiescere nollet, prætere-  
 dum solum posset bona in dicta conventionione conten-  
 ta; Secundò an teneretur hanc primogenituram im-  
 putare in legitimam; Et tertio an eadem primoge-  
 nitura terminaret in ipsius Marchionis lineæ mal-  
 culina ad formam dictæ conventionionis matrimo-  
 nialis, ita ut eo non habente filios terminaret, at-  
 que bona efficerentur libera, vel potius habere de-  
 beret tractum successivum in utraque lineæ mal-  
 culina & feminina ipsius Jacobi patris.

De secundo puncto, seu quaesito habetur actum  
 3 in sua materia sub tit. de legitima & detractionibus,  
 tam in ista causa, quam in Faventina successione, &  
 in Bonon. separationis bonorum, in quarum utraque  
 plures habentur resolutiones, seu decisiones Rotæ,  
 in Faventina scilicet 5. Aprilis 1666. coram Otalora, in  
 in qua responsum fuit favore primogeniti pro  
 non imputatione, & 27. Aprilis 1667. coram eodem,  
 in qua recedendo à decisio responsum fuit pro im-  
 putatione, & 7. Maji 1668. pariter coram eodem, in  
 qua recedendo ab ultimo, persistitum fuit in primo  
 loco decisio pro non imputatione; Et in altera  
 Bonon. 15. Junii 1661. 5. Junii 1662. & 15. Junii 1665.  
 coram Versipio, 25. Maji 1668. & 18. Martii 1669. co-  
 ram Calatani, in quibus eadem concurrebat variatio  
 pro imputatione, vel non imputatione, ultimæ ve-  
 rò sunt juxta hanc secundam partem.

Hæc autem variatio, utroque casu, non est circa  
 theoreticam vel propositiones juris, sed potius circa  
 factum, cujus revera potius quam juris etiam ista  
 quaestio est, cum certa sit theoretica seu regula, ut da-  
 tum in vita non imputetur, nisi de contraria dan-  
 tis voluntate constet, etiam tacita & conjecturali,  
 unde propterea cessante voluntate expressa, quo-  
 ties prætenditur conjecturalis, intrat quaestio rati-  
 onabiliter his variationibus subjecta, tum quia in  
 conjecturalibus non de facili datur certa regula  
 seu determinatio, tum etiam quia in progressu cau-  
 sæ, probationes vel adminicula ex novis notitiis  
 ac scripturis supervenire solent factum variantes,  
 ut contingit in dicta Faventina, in qua utpotè prius  
 consultus pro veritate, pro neutra partium scripsi,  
 & in dicta Bonon. scripsi pro creditoribus primoge-  
 niti pro non imputatione.

In ista verò causa pro eo iudicio, quod dari  
 potest in hujusmodi responsis super solis quando-  
 que imperfectis facti notulis. quæ per potentes  
 consilium transmittuntur absque plena & distin-  
 cta notitia juris ac prætensionum alterius partis,  
 mihi probabilius visum fuit respondendum esse  
 pro non imputatione, quamvis concurreret ex-

pressè declarata voluntas patris in testamento  
 imputatione, stante quod diversæ voluntas  
 probati videbatur ex ipsa conventionione mat-  
 rimoniali, in qua explicitè dictum fuit primogenitum  
 erectionem fieri debere sine præjudicio testam-  
 intestatae successione primogeniti cum alia  
 bus; Ideoque in concursu hujusmodi voluntas  
 censui prævalere debere primam, cum ad hunc  
 factum voluntas imputandi requiratur, ex  
 in ipso actu faciendi ex deductis per Meritum  
 guima lib. 2. tit. 2. questione 29. num. 27. Junii  
 75. numer. 11. Adde. ad Gregor. decis. 98. num.  
 cum aliis in dictis ultimis decisionibus etiam  
 dicta Bonon. separationis bonorum coram Calatani  
 in dicta sua materia sub tit. de legitima & detrac-  
 tionibus; Potissimè quia clara videbatur hujus secunda  
 luntatis studiosa affectatio in gratiam filiorum  
 cundi matrimonii, & ad dispositionem volun-  
 tariam sustinendam.

Quatenus igitur pertinet ad primum punctum  
 seu quaesitum, deducebam eadem quæ hæc  
 supra in casu simili ac penè individuo in hunc  
 fideicommissi de Castis disc. 134. exornando cum  
 cisionibus in eà causa editis ac auctoritatibus  
 eidem deductis responsum, ut ita uti motus  
 præsertim illarum partium satis fieret, detrac-  
 tionibus sufficere potuisset transmittere easdem deci-  
 siones; Et quamvis pro ratione dubitandi con-  
 tari posset, quod secunda dispositio esset po-  
 guior, ac pleraque alia contineret bona, ex  
 prima conventionione non continebantur, & con-  
 quenter dici posse observabam, quod hinc  
 mentum compensaret onus, quod primogeni-  
 ita injungebatur, prorogando fideicommissum  
 alias lineas fratrum & sororum tanquam pro-  
 cium quasi contractus, sive illius facultas  
 honoranticonceditur, gravandi honorem  
 in bonis propriis juxta deducta d. disc. 134. ut  
 tà casum præcisum, de quo infra in hunc  
 tionis de Andofillis disc. 139. Atamen id  
 habere potuisset, quando restricta præcedenti  
 missione ad certa bona, secunda pingere  
 tio haberet hanc declarationem, quod scilicet  
 correlative augmentum fieret ratione notis  
 ris juxta casum, de quo in dicta Romæ de  
 lis, quod in præsentem gestum non erat, Potius  
 verò, quia prima conventio restricta non erat  
 certa specificata bona, sed ultra ea, in conven-  
 nem deductus erat annuus redditus notabilis,  
 jus generale vocabulum aptum erat comparare  
 dere etiam hoc augmentum, dum nullibi præci-  
 tum est, quid & quantum istud verbum seu  
 bulum, notabile importet, variis variis  
 ex iis quæ in specie super hoc verbo notabiliter  
 tur deducta sub tit. de Regalibus in Romana d. disc.  
 disc. 65. Undè cum id expressum non esset, ut  
 proinde dicebam intrare regulam, de qua  
 134. ac in decisionibus in ea causa editis, ut  
 dus actus censetur factus in executionem  
 ad necessariam potius quam voluntariam  
 referendus; Ac etiam ex ea nimirum probata  
 conjectura seu circumstantia magis in illo  
 dicto alio casu de quo d. disc. 134. concurrebat  
 quod cum ab initio conventum esset de  
 ne primogenituræ, quod ibi non concurrebat  
 de facili datur in una eademque domo  
 erectio duarum primogeniturarum ab eodem  
 gente ac in eadem persona, ideoque præcon-  
 debam, secundum actum fuisse simpliciter  
 quationem primi.

Demum quoad tertium & ultimum punctum, pro ratione dubitandi contra ipsum Marchionem requirentem, quodque per patrem donatorem primogenitura protogeri poterit ad universam ejus descendendam, observabam plura deduci posse; Primò scilicet ea quæ aliis cumulatis firmantur apud *Orthob. dec. 99.* ut bona donata sponso contemplatione certi ac determinati matrimonii, competant omnibus filiis, non solum procreatis ex illo matrimonio, cujus intuitu & contemplatione donatio facta est, sed etiam ex aliis matrimoniis.

Secundò deducebam ea quæ ex *Berengario, Boerio, Mainardo* & aliis allegatis *disc. proximè præced.* habentur super questione, An sponsus donatarius gratificari possit inter filios, quali quod sufficere debeat eorum genus non egredi, atque ad favorem extraneorum non disponere, adinstar eorum quæ ad materiam textus in *l. semina C. de secundis nuptiis* habemus in parente binubo reservandi filiis primi matrimonii bona in eum obventa ex liberalitate primi conjugis, cum facultate tamen gratificandi ac inæqualiter disponendi inter ipsos filios, ex deductis per *Fontanell. de pact. claus. 4. glof. 9. par. 1. num. 16.* & in sua materia *sub tit. de success.*

Tertio deducebam in terminis proximis firmata in *d. Romana fideicom. de Casis disc. 134.* ac etiam in *Romana donat. de Cavis disc. proximè sequen.* ubi de gravamine filiorum illius matrimonii etiam ad favorem extraneorum.

His tamen non obstantibus, contrarium de jure verius esse censui ex iis quæ plenè ac punctualitèr firmantur per *Rotam in Melevitana donationis 12. Decembris 1653. & 14. Maji 1657. coram Cerro, impress. decisio. 230. & 408. parte 12. recentior.* ubi ex pluribus auctoritatibus latè firmatur in specie, ut de donatione facta contemplatione certi matrimonii ad favorem filiorum ex eo procreandorum, participare non debeant filii alterius matrimonii, quodque ad istorum favorem illi gravari non possint, respondendo in specie *ad d. dec. 99. Orthoboni*, ut ea rectè procedat, quando agitur de illa simplici donatione, quæ licet facta contemplatione certi ac determinati matrimonii, acquiritur soli sponso, non autem filiis ex eo procreandis, habentibus solum illud jus vel interesse, quod nostri vocant *secundarium*, ideoque si ipse donatarius, ultra legitimam filiis reservandam, etiam in extraneos disponere potest, multò magis cura filiis quamvis diversi matrimonii ità jure successorio venientibus tanquam in bonis liberis patris; Atque in idem confert observabam firmata etiam per *Rotam in Romana donationum de Alaleona, de qua infra disc. 138.* ubi de resciscata potestate gravandi filios procreatos ex eo matrimonio, cujus intuitu & contemplatione facta est donatio, ad quam etiam ipsi filii vocati sint, de qua pluries in sua materia *sub tit. de donationibus*, quod hujusmodi donationes vel conventiones non proveniunt ex sola voluntate ac liberalitate donantis, sed ex providentia detantis seu conjunctorum sponsæ pro qualificatione illius matrimonii, quod alias initum non esset, ideoque tales donationes dicuntur ipsius contractus matrimonialis pars & correptiva conventio.

Ex his non obstantibus rationes supra in contrarium ponderatæ, dum ad firmata apud *Orthob. d. dec. 99.* jam responsum fuit ut supra, Atque ad opinionem *Berengarii & Boer.* habetur responso *disc. præced.* super hujus opinionis reprobatione, de qua ex *Cancer, Cotel. & aliis de Marin. resol. 165. lib. 2. 3.* Et quoad decisiones in *Romana fideicom. de Casis & Cardin. Luca de Fideicom.*

in altera *Romana donat. de Cavis* patet responso ex eisdem ob diversas facti circumstantias, in quibus compatibiliter cum præmissis fundatur ea disponendi seu gravandi facultas, ut patet ex *d. disc. 134. & discurs. proximè sequen.* Ideoque pro eo judicio, quod ità primo aspectu absque omnimoda notitia jurium alterius partis ac diversarum facti circumstantiarum efformari potuit, pro dicto Marchione Ferdinando respondendum censui, ex iis quæ in ratione dubitandi sublata ex facto habentur deducta supra in *Senen. primogenit. disc. 117.* super terminatione primogenitura in linea ipsius primogeniti.

## ROMANA DONATIONIS DE CÆVIS.

PRO

CAMILLA, LUDOVICA, & SORORIBUS DE CÆVIS.

CONTRA

RATTIS & AGATHA COPERCHIA.

Casus variè decisis per Rotam.

De eadem materia potestatis ordinandi fideicommissum in bonis non suis sed hæredis gravati, seu ad istum jure proprio spectantibus, Et in specie de fideicommissis quod ordinatur in bonis donatis contemplatione matrimonii ad favorem extraneorum & ultra filios ex eo procreatos.

### S Y M M A R I U M.

- 1 **F**acti series.
- 2 Resolutiones causæ.
- 3 De conclusione quod testator potest disponere de bonis hæredis quomodo procedat.
- 4 Debitum dicitur quantitatis licet bona essent in facultate solvendi.
- 5 Aliud est agere de conclusione de qua nu. 3. ubi agitur de bonis verè proprii hæredis, & ubi de bonis ipsius disponentis donatis cum reservatione.
- 6 Donans non potest adjicere fideicommissum in donatione quæ sit a donatario & filiis ex intervælo.
- 7 An in contractibus masculinum concipiat femininum, quomodo, & quando.

### D I S C. CXXXVII.

**C**ontemplatione matrimonii inter Pontium Cavam juniorem, & Ursulam Vigevaniam, Pontius senior sponsi patris magnus donationem fecit seuorum 20. m. pro quibus assignare promisit tot loca montium vel bonæ, quæ tamen subiecta esse deberent dispositioni & fideicommissi.

Et

commissi